



## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

7. [i.e. 8.] De imagine D. Stephani Protomartyris diuinitùs allata, & quid per illam picturam Deus insinuare voluerit hominibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

Habetur in Euodius Vzalensis Episcopus (qui clarissi-  
ter sermones pore D. Augustini) in lib. 2. de miracu-  
D. Aug. à V. S. Stephani, & citat Ioan Molanus lib.  
limmerio e- picturis. cap. 8. De imagine D. Stepho  
missos. Protomartyris diuinitus allata, & quan-  
per illam picturam Deus insinuare volun-  
tatem omnibus.

## C A P. V I I I.

**C**V M immensæ magnitudinis draco  
die nundinarum Vzali è nubibus p-  
pederet, relicta omni negotiatioe c-  
magnus multitudinis concursus ad gremio  
Ecclesiæ matris. Ad ipsam amici Dei sacra-  
memoriam in facie prostrata iacebat diu-  
ætas, dispar quoque sexus, donec Stephanus  
ce fusa, clementia Dei draconem illumina-  
traheret. Sequenti die negotiator nūquam  
gnitus, aut verius angelus, Sennulo Vzale  
Ecclesiæ subdiacono atrulit velum, varijs  
loribus pictum, in quo inerat pictura hor-  
dextera veli parte, ipse sanctus Stephanus  
debatur adstante, & gloriosam crucem  
prijs repositam humeris baiulare: qua  
cuspide portam ciuitatis videbatur pul-  
ex qua profugiens draco teterrimus, cerne-  
tur exire, amico Dei velut aduentante. Ven-  
ille serpens noxious, nec in fuga ipsa tur-  
mus, sub triumphali pede martyris Chri-  
stiani contritus aspiciebatur, & pressus. Talis ita  
pictura veli à subdiacono suspesa est ante  
memoriam tanti patroni: & omnis ætas om-

que sexus intueri cœpit, & mirari tanquam grande spectaculum, quo scilicet authore, quōne liberatore, draco ille extinctus est, hostisque deuictus. Nam reuera Dei fuit ad homines quādam allocutio, in velo tacitè dicentis: O miseri mortales, quale hesterna die draconis euaseritis incendium, vel cuius pro vobis aduocati fuerit acceptum suffragium, isto sequenti die istius veli significatione intelligite, atque gaudete: Ecce draconem de vestrā ciuitate cernitis fugatum, & expulsum: ecce conterentem caput eius primum martyrem meum: ecce crucis trophæum, per quod vicitis inimicum.

*Decemiterio S. Priscillæ virginis Romæ anno 1578. in Iulio inuenito, de antiquissimis in eodem picturis, & altari, & bis mille sepulturis. Excusum habetur ad calcem libelli Piorum & denotorum exercitiorum Colon. apud Ludouic. Alector Anno 1579.*

## C A P. I X.

**S**uperioribus diebus extra portam Salariam, secundo ab urbe lapide: in vinea cuiusdam Hispani, inter effodiendum sub nigrum arenam (quam Puteolanam vocant) in vsum ædificia extruendi, euenit ut profundius effodiendo, magna omnium admiratio ne via quādam subterranea inueniretur atque aperiretur, compertisque ibidem Christianæ religionis signis, eo personæ religiosæ, Cardinales, Prælati, & cuiuscunque conditionis vi-

N              ri con-